

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio a  
cum fonte primo

Intelligat homo medicum esse Deum et  
tribulationem medicamentum esse ad  
salutem, non penam ad damnationem.  
Sub medicamento positus ureris, secaris,  
clamas; non audit medicus ad  
uoluntatem sed audit ad sanitatem.

Augustinus super Psalmum XXI.

Ergo non est exauditus, sed non ad  
insipientiam, sed ad sapientiam; ut  
intelligat homo medicum esse Deum, et  
tribulationem medicamentum esse ad  
salutem, non poenam ad damnationem.  
Sub medicamento positus ureris, secaris,  
clamas; non audit medicus ad  
uoluntatem, sed audit ad sanitatem.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes  
in Psalmos*, 21, 2, 4 (CCSL 38, E.  
Dekkers & J. Fraipont eds., p.124, ll.18-  
23).